





Kern 86  
(1-54; a-g)

(44)

AVSPICHS NVMINIS SVPREMI  
AVCTORITATE  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
BORVSSORVM REGIS  
**FRIDERICI II.**  
ELECTORIS ET MARCHIONIS  
BRANDENBVRGICI,  
RELIQVA

CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HYEMALE

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

**IOANN. SALOMONE SEMLER**

S. S. THEOL. DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO  
SEMINARII REGII DIRECTORE.

P. P. ANNO AER. CHR. c1o1o CCLXII. AD ROT. OI.  
D. XXV. SEPTEMBR.

HALAE MAGDEBVRGICAE TYPIS HENDELIANIS.



LECTVRIS.  
antequam ad designandos novos labores accedimus, merito veneramus Summi Numinis clementiam, quæ nobis adeo fuit per semestre aestiuum, ut inceps sub eius initium lectionibus hunc vsque in diem seluis sospitesque, sine propiore armorum strepitu, vacare potuerimus. Eundem vero rerum humanarum Arbitrum rogamus supplices, adnuat nouis conatibus, iubeatque, vt illi, sub vsura omnimodæ tranquillitatis, in amplissimum vtriusque Reipublicæ commodum cedant! Eo magis in spem ingredimur, vota nostra non fore irrita, quo magis Vos, *Commilitones*, cum indefessa diligentia optimos quoque mores coniunxeritis. Debetis hoc Deo, Patriæ debetis, debetis parentibus, quorum maior pars sub belli ram truculentis calamitatibus ingemiscit, debetis denique Vestro in vos ipsos amoris, & propriæ felicitatis studio. Nihil iam addimus, nisi quod nouæ, quas oculis Vestris subicimus, lectiones initium sumpturæ sint d. XXVI. Octobris a. c.

## LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS,

AC

### PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIÏ.

IO. SALOMO SEMLER explicabit theologiæ *dogmaticæ* partem alteram; *lectiones* autem *polemicas* vtriusque partis ad finem perducet. Præterea fore sperat, vt & tertiam horam auditoribus selectis condicat.

IO. ERNEST. FLOERCKE, adhuc obses Norimbergæ retentus, tunc demum, si per prouidentiam Dei Musis Hallensibus erit restitutus, lectiones suas, quas habere cogitat, indicabit.

IO. ANDR. DE SEGNER. Publice docebit Algebra[m] hora xi. Priuatim perget in lectionibus Physicis hora x; hora autem ii. Elementa Arithmeticæ Geometriæ ac vtriusque Trigonometriæ denuo tradet.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS semestri hiberno, vt solet, institutiones pastorales tradet. Paræneticis horis pastorales epistolâs præcipue, & asceticis Psalmos huic tempori accommodatos tractare perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, hora ix. Euangelium Ioannis Actusque Apostolorum, & si fieri possit, grauissimi argumenti Epistolam ad Romanos, ex originali textu Graeco; hora vero xi. difficiliore V. Testamenti libros, Ezechielis & duodecim minorum Prophetarum vaticinia, ex Ebraicis fontibus explanabit.

IO. GEORG KNAPP cum in *Theologia dogmatica* tum in *moralis*, alteram vtriusque partem incipiet, ac b. c. D. hac hieme pertractabit. Die vero Domini h. v-vi. velpertina perget in *ascetica selectorum* ex S. litteris *locorum tractatione*.

### I V R I D I C A E.

IO. TOB. CARRACH, cum nondum contigerit, quod sperare licebat, exuere illam obsidis personam, non habet, quod de lectionibus suis, præter desiderium, iam prodar.

DANIEL NETTELBLADT docebit hora ix-x. iurisprudentiam ecclesiasticam, duce SCHMIDIO. Hora x-xi. & ii-iii. commentabitur in SCHAVMBVRGII compendium

pendium iuris Digestorum. Hora XI-XII. PÜTTERI elementa iuris publici explicabit. Praelectionones iuris naturalis hora III. continuabit.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER Collegio Pandectarum, quod duce b. LVDOVICI rursus aperiet, impendet horas VIII-IX. X-XI. & II-III.; collegium praeterea Institutionum HEINECCIi continuabit.

GEORG. SAM. MADIHN publice hor. XI-XII, *Ius publicum* secundum PÜTTERI elementa iuris publici, priuatim vero hora IX-X. *Ius germanicum*, faciem praefere[n]te de SELCHOW, docebit. Reliqua Collegia erunt priuatissima.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL per repetitam & deuotissima sibi gratulatione deuenerandam Gratiam Regiam impositum Professoris Ordinarii munus pro viribus expleturus vacabit semestri hyberno, 1) Collegio iuris Criminalis ad Ductum Compendii Kochiani hor. IX-X. 2) Collegio Pandectarum ad Ordinem Compendii Ludouiciani hor. X-XI. & II-III. 3) Collegio Institutionum Duce Heineccio hor. XI-XII. 4) Collegio Disputatorio diebus Saturni hora consueta.

## M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus, horis atque diebus haecenus confectis, commentabitur in SCHARANDAEBI libellum, de ratione vsuendi aegros; priuato autem studio, hora VIII. ad IX. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiologiae medicae* tradet; hora X. ad XI. *simplicium medicamentorum*, ex tribus, quae vocant, Naturae regnis desumptorum, iuxta *Fundamenta* sua *Materiae medicae* explanabit, & hora XI. ad XII. *Pathologiae generalis* fundamenta exponet.

FRIDERICH HOFFMANN publice hora IX-X. physiologiam, priuatim vero, hora X-XI. pathologiam praeleget. Initium harum lectionum erit finitis nundinis Lipsiensibus XXVI. Octobris mens. instant.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER priuatim hora IX. praeparationem partium corporis humani instituet, ipsique hora III. *Demonstrationes anatomicas*, interpositis praelectionibus osteologicis, subiunget. Praeterea horis XI. & II. Celeb. LVDOVICII institutiones *Medicinae clinicae* commentatione theoretico-practica illustrabit.

IO. PETR. EBERHARD, h. II-III. *Pathologiam* tradet ad ductum proprii compendii. Praeterea *clinicas* quoque exercitationes instituet. Reliquae praelectiones erunt Philosophicae.

F. C. IVNCKER publice doctrinam de morborum eorumque symptomatum signis, tam diagnosticis, quam prognosticis, exponet. Priuato studio duabus horis X-XII. *Therapiam generalem* eo docebit scopo, vt haec finita *Therapiam specialem* eodem adhuc semestri absolueret valeat. *Priuatissimas* denique lectiones *clinicas* hora consueta continuabit.

## P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. a meridie praelectionones Syriacas, Arabicas, Aethiopicas, ad ductum Grammaticae suae Syriacae & Orbonis Palaestrae linguarum Orientalium, pro his, qui altius prouehi in Orientalibus litteris cupiunt, instituet.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. IV. *Mathesin puram* demonstrabit; priuatim autem h. II. *Mathesin applicatam*, & h. I. *Physicam dogmatico-experimentalen* exponet. *Historiam naturalem* die Saturni horis duabus contentis a II. ad IV. explicabit. Institutiones *Astrognosticae* coeli stellati causa hora vespertina, suo tempore indicanda, habebuntur, medio decembris finiendae.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER per instans Semestre hibernum occupatus erit in explanandis *Physicis dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio ac horis iidem destinandis seorsim Dm. Commilitones certiores reddet.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre hibernum 1) *Metaphysicam*, duce WOLFFIO, praeleget, eiusque vsum in facultatibus, quas vocat, superioribus copiosissime demonstrabit, 2) *loca noui foederis illustrata* & reliquis *difficiliora*, praetermissis facilioribus, & critica & Philologicae ita interpretabitur, vt commutationes, his praesidiis instructi, eo feliciter progredi queant in Theologia dogmatica, polemica & morali. 3) In *Pentateucho Mosaeo* enucleando diligenter perget, *Leuiticum*, *Numeros* & *Deuteronomium* ex fonte ebraico explicaturus. Quod reliquum erit temporis, tum *priuatissimis* lectionibus, tum *oeconomicis scientiis*, impendet.

GEO. FRID. MEIER docebit 1) hor. IX-X. *eticam philosophicam* ad ductum Cel. BAYMGARTEN; 2) X-XI. *Ius naturae* & 3) II-III. *Logicam*.

CHRI-

CHRISTIANVS WEBER per instans semestre hibernum 1) *Metaphysicam* Perill. L. B. de WOLFF, 2) *Eiusdem ius naturae & gentium*, 3) *Logicam* b. CORVINI explicabit. Neque deerit illis, qui priuatissime lectiones ab eo desiderabunt.

### EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN in scholis *homileticis* vtiliora *Oratoriae sacrae* tradet praecipua. Deinde ex ebraeo fonte *Salomonis Proverbia*, ex graeco autem *epistolam ad Philippenses* cum catholica *Iacobi* succincte enarrabit, & denique *disputationibus dogmaticis* in *Theses Baumgartenianis* instituendis bis per hebdomadam vacabit.

IO. AVG. NOESELT accedet b.c.d. ad explicandas Pauli Apostoli epistolas; praecipua tradet sacrae scripturae interpretandae, atque doctrinam Christianorum defendendae disputando cum iis, qui ingenium volent linguamque exercere. Cetera horasque quibusuis lectionibus destinatas e loco publico suo tempore significabit.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM durante semestri hyberno hora IX. in WOLFFII *Elementa iuris feudorum*, & hora XI. in MASCOVII *Principia iuris publici* commentabitur. Hora vero III. *Historiam Sacri Romano-Germanici Imperii ex introductione sua* docebit, & hora IV. *Historiam vniuersalem regnorum Europae*, ad filium compendii sui, enarrabit. Denique diebus Sabbati hora I. *annoitates artis heraldicae* propinabit, ordinem monstrante WEBERO in *Examine artis heraldicae*.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hor. III. pomeridiana ad SCHMAVSSII *historisches Jus publicum Historiam S. R. Imp.* hor. IV. ad Illustr. GEBAYERI *Grundriß Historiam vniuersalem*; hor. VI. vero priuatissime *Notitiam Statisticam S. R. I.* docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) hor. X-XI. HEINECCI *Elementa iuris Ciuilib secundum Ordinem Institutionum adornata* interpretabitur. 2) h. III-IV. *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum b. PARENTIS *Anleitung zum gerichtl. Proceß* aperiet. Tandem 3) die Sabbati hor. I-II. selectos Auditores *disputando* exercebit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI post labores publicos & priuatos aestuales sedulo & constanter cum crebrioribus excursionibus botanicis peractos, nunc per hyemale semestre differentiam Seminum & capsularum Seminalium publicam tractatione die Saturni hora X-XI. explicabit. Priuatim autem Physiologiam & Pathologiam docebit. Initium harum lectionum ex valuis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per instans semestre hiemale publice infantum morbos proponet, priuatim autem BOERHAAVII institutiones medicas & SCHULTZII pathologiam specialem explicabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, finitis Lipsiensium nundinis, ad lectiones suas *epistolicas & oratorias* redibit, utrasque calamo maximam partem exercitaturus; praeterea pro cuiusuis libitu, *carmina, orationes* ac *epistolas* elaborabit, quas tamen, tempestiue vt indicentur, rogat.

IO. PETR. EBERHARD, hor. IX-X. *Mathesin adplicatam*, hor. X-XI, *Mathesin puram* tradet. Vtramque WOLFFIO duce. hor. I-II. *Physicam* explicabit in proprio compendio.


F. W. ELLENBERGER tradet 1) praecipua poeticae & prosae coniunctas cum nonnullis ad linguam germanicam spectantibus hora VIII-IX; 2) ea, quae, critice elegantioris concernunt literaturae, libros communicabit profaicos & poeticos recens vulgatos, curabit elaborationes & reliqua in Societate, cuius sodales hora II-III. d. Sabbati apud se conueniunt; 3) quatuor prophetas Nahumum, Habacucum, Sophoniam & Haggaeum critice & grammaticae ex fonte ebraico hora IV-V. Forfan in Psalmos quoque cursoria quidem lectione, sed vt ad elegantias huius praestantissimi operis poetici attendat tempore opportune habito commentabitur.

IO. LVDOV. SCHVLZE 1) Psalmos ex fonte interpretabitur. 2) *Elementa linguae chaldaicae* duce ALTINGIO proponet, in Syriacis deinde ducent sequetur S. V. MICHAELIS. 3) *Elegantioris Stili cultoribus iterum sese comitem adiunget*, ita vt pro Auditorum arbitrio, vel liberrima docendi methodo vtatur, vel lectiones suas denuo HEINECCI Fundamenti stili accommodet. Neque illis deerit, qui Poetarum graecorum dulcedine adducti iis legendis priuati studii partem consecrare voluerint. Horas ex valuis publicis indicabit.

IO. CHRISTIAN FOERSTER hor. IX-X. *metaphysicam* ad doctum Cel. BAWMGARTEN, hor. I-II. theoriam bonarum artium Cel. MEIER, hor. II-III. *historiam philosophicam* iuxta b. LODTMANNI delineationem, hor. III-IV. *Logicam secundum Excell. MEIER* docebit, & bis per hebdomada in disputandi exercitio perget. Mox edendo programme specialius adhuc harum acroasium rationes designabit.









(44)

AVSPICII NVMINIS SVPREMI

AVCTORITATE

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

BORVSSORVM REGIS

FRIDERICI II.

ELECTORIS ET MARCHIONIS  
BRANDENBVRGICI,

RELIQVA

CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE

IN

STVDIOSAE IVVENTVTI

IMPENDERE CONS

PRORECTORE

IOANN. SALOMON

S. S. THEOL. DOCTORE ET PROFE  
SEMINARIII REGII



P. P. ANNO AER. CH  
D. XXV. S



HALAE MAGDEBVRGICAE

